



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

7. An potestas legislativa Pontificia ad totum orbem se extendat? & quid de potestate legislativa Caesarea, aliorumq[ue] Principum, & Communitatum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

rus in cap: novit: de Iud: notab: 3. August. de An-
 cona de potestate Ecclesie q. 1. n. 7. Papa Nicola-
 us in cap 1. dist. 22. Bonif: 8. extrava: unam San-
 ctam de major: & obed: amplectimur nihil-
 ominus doctrinam Bellarmini lib. 5. de Ro-
 mano Pontifice docentis neq; in hoc secun-
 do sensu Summum Pontificem habere po-
 testatem de facto directam temporalem
 in univrsam orbem, sed solum in illare-
 gna & provincias, quarum Summus Pon-
 tificex est Dominus temporalis: Victor: in
 utraq; relect: de potestate Papa, Covar: & alij
 apud Molin: indirectam autem in partibus
 Ecclesie temporaliter non subiectis, qua-
 tenus Pontifex disponit circa temporalia,
 in quantum media esse possunt salutis ex-
 ternæ. Bellar: lib: 5. de Rom: Pontifice. cuius
 ratio desumi potest ex cap. solita de major:
 & obed: & cap. per Venerabilem.

7. Affinis est priori quaestio de pote-
 state Casarea, in qua saepius Jureconsul-
 torum ingenia desudârunt. Liberalissi-
 mus in terminis potestati Casareae statu-
 endis est Bartholus, qui mordicè tenet
 Imperatorem habere Jus & dominium
 Jurisdictionis in univrso orbe, adèd ut
 hære-

hæreticum reputet, qui dixerit Imperatorem non esse Orbis Dominum *Barthol: in L. hostes ij. de captivis Pan: 2. p. cons: consil: 6. n. 2. Castaldus de Imperatore qu. 52.* Sed hanc tam universalem in regna omnia, omnes populos potestatem, ipsimet Augustissimi Cæsares propriâ confessione ad se pertinere negant. *L. Mercatores C. de commercijs, Oldradus consil: 96. Covar: in reg: peccatum. 2. in §. 9. num: 5.* Undè facile advertitur Bartholi doctrinam non subsistere. Ideò sensus illius sententiæ esse potest, quòd Imperat: Romanorum Jurisdictionem habeat ad condendas constitutiones in provinciis Romano Imperio subjectis, præsertim in illis, quarum ipse immediatus & supremus est Dominus, quæ quidem, quantum per leges aliorum Regnorum acceptatæ fuerint, etiam in illis vim obtineant. Sic de facto in terris Pontificiis quoad temporalia Jus Civile observari solet, ubi Canonicum deficit. Aliis verò in casibus, qui per propria Regni jura in materia merè civili decidi nequeunt, juxta leges Civiles in corpore Juris contentas procedendum esse docent.

Bar-

Burgos lib. 1. & Antoninus Gomez ibidem n. 10.

8. Cæterum potestas condendi Leges civiles est penes Regem in suis regnis *cap. Ecclesia de Constit. Navar. in cap. novit. notab. 3.* Reginam in casu v. g. quoad illam matrimonio junctam regnum Jure hæreditario devolveretur *Baldus in cap. significavit de rescript.* Principes inferiores secundum limites potestatis, quam à supremo Principe de eius consensu tacito aut expresso, aut eius consuetudine legitimè præscripta acceperunt *Suar. lib. 3. de legib. cap. 9.* omnes deniq; habentes superioritatem supremam quales sunt Respub. quædam libera, ut Veneta, Genuensis, quæ superioritatem in temporalibus non agnoscunt *Abb. cap. quæ in Ecclesiarum. de constit. n. 6.* aliaq; communitates perfectæ, si quæ jurisdictionem independentem habent, etiam minores, quia cum *lex omnes populi ff. de iust. indistinctè loquatur Abb. supra.* neque nos debemus distinguere *reg: Juris in 6.* Civitates autem, quæ superiorem agnoscunt, & jurisdictionem dependentem habent, non nisi secundum limites jurisdictionis modificatæ à Repub. approbatæ, v. g. Mechanic-